Responsiva Litere ab Alexandro Rege Polonie etc ad Maximilianum Regem Romanorum &c ad Literas Gedanen: ses Suprascriptas. 44

Serenissimo principi domino Maximiliano divina favente clementia Romanorum regis, semper augusto Archiduci Austrie &c fratri et consanguineo Nostro carissimo.

Alexander Dei gratia Rex &c Salutem et ysburincam felicitatem.

Serenissime Princeps, consanguinee Noster carissime.

Exhibuerunt Nobis literas Vestra Sanctitatis, Subditi Nostri. Cives Gedanenses terrarum Nostrarum Prussie, quibus scribit Vestra Sanctitas et eos cohortatur ad parendum et unanimiter intendendum bello gerendo pro expeditione, quam parat Vestra Sanctitas contra communes religionis Nostre et fruicis Christi hostes perfidissimos Turcos

unacum

unacum cæteris Regibus Christianis et
principibus germanis. Quam quippe expe-
ditionem, si succedet, prospere tantis rebus
gerendis felicitatem omnem pro tranquilli-
tate status Christianorum hominum plu-
rimum exoptamus evenire, et non minus
savemus, et summe cupimus cæteros Reges
et principes consentire unanimi voluntate
ad tam salubrem expeditionem, quæ profecto
statui Christianorum universo tam salubris
est, quam necessaria, verum q sollicitat
literis suis Vestra Sanctitas nostros subdi-
tos ad hujusmodi rerum gerendarum, quam
maturè parat expeditionem, nobis profecto
hæc res edit in admirationem incredibilem,
novit etiam vestra semper Serenitas pro
statu regni nostri et hujus tractu Orbis,
semper nos optimus et quotidianis decer-
tare prælijs contra Scytas et Sarmatas
genus multipliciter infestissimum rebus
Christianorum, et ætate nostra invalescente,
hostilitate

hostilitate Turcarum cogimur tam Scythis, quam Turcis, tam æstivis, quam hibernis temporibus, nostrum regnum oppugnantibus, semper prompta et parata in armis manu obsistere, quorum tot Barbarorum, quam Massagetarum et reliquorum Scismaticorum servitam ab Christianorum cervicibus reprimere, semper actiones belli contra eos cogimur reintegrare, et ea in re pariter utimur opera et auxilio nostrorum subditorum. Qui ex fide et obedientia nobis et Regno debita inviolabiliter eam erga nos retinent. Sed nos non aliud interesse existimamus alienos solli-citare subditos absq; eorum dominj assensu, quam permovere animos eorum tentandi gratia ad defectionem, quod si licitum est et fas in rebus humanis rectius recenseat Vestra Serenitas. Non existimamus etiam fore incognitum vestræ Sanctitati, quemadmodum

Majores

Maiores Nostri Solium regni Polonie
gubernantes pro veteri et antiquo jure
terrarum istarum Nostrarum Prussie et
Pomeranie, in cujus territorio Civitas No:
stra Gedanensis situata est, juditialiter et
jure, multo tempore in actione perstiterunt,
in audientia Summi pontificis, ubi ex clariß:
simis deductionibus et probationibus tan:
dem pro rege et regno Polonie sententiali:
ter definitum existit, et terre Prussie
adjudicate sunt, condemnatique Cruciferi,
occupatores terrarum ad cedendum injuste
occupatis, et ad persolvendas satis notabiles
pecuniarum summas pro dampnis illatis,
et sceleribus perpetratis, et cum executio
juris contra eos habere non potuit,
effectum deventum tandem fuit ad arma,
et post tanti temporis bellicas actiones
fortuna belli secuta est justitiam, con:
cesserunt terre illa ni ditionem Regis
et regni nostri, et parens vestra San:
ctitatis

citatis, olim Divæ memoriæ Fridericus imperator augustus. conscius Actionum et ju: sticiæ parentis nostri Kazimiri regis, et regni Polonicæ juris, quod ipsi soli competit ad ter: ras illas, licet etiam quandoque invitus tra: ctus ad defensionem rerum cruciferorum. Vo: luit tamen liberam juris et justitiæ pro Rege et regno Polonicæ executioni fieri quominus impediretur. Non possumus et nos cum proce: ribus regni nostri universis, equo illud ani: pere animo, q. nedum hoc statu rerum sollicitat nobis irrequisitis Vestra Serenitas nostros subditos in auxilium suarum Actionum, sed q. etiam in vita humanitus existente, olim Serenissimo domino Johanne Alberto Rege im: mediato antecessore nostro germano, ipsos Gdanenses cives citare voluit V. Serenitas ad Consistorium Imperiale et Principum Germaniæ. Cum tamen subditi unicuiq; regum, et Principum profecto non nisi ad suorum jurisdictionem dominiorum, jus et

judicium

judicium sint evocandi, hoc igitur habeat
pro comperto Vestra Serenitas, et hac in re
iam efficiatur certior, q nequaquam nos per-
mittimus Subditos Nostros comparere, quibus
cunque cittationibus concitatos ad Vestre
Serenitatis instantiam, aut ad consistori-
um Imperiale, et principum Electorum im-
perij evocari patiemur. Sed apud nos de ipsis
postulantibus justitiam reddere non dubita-
mus, neque sumus adeò rerum ignari, q
per eum sollicitandi modum a fide ipsi no-
stri Subditi nunquam deficere comperientur.
Ita neque ad hujusmodi requisitionem ex-
peditionis Vestre Serenitatis parere quitqm
curabunt. Et profecto his rationibus querendi
auxilij pro expeditione contra rabiem Turcarum,
quam maturè parat Vra Serenitas pertine-
scendum est, ne loco presidij et auxilij ferat
impedimenta, si ista via pergendum putarent.
Vale felicissime Vram Serenitatem exoptamus,
et de comuni Christianor hoste triumfare. Datum
Cracovie: 24. Aprilis anno Dni 1562. Regni 1mo Anno.